



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1773**

**VD18 90118677**

§. 51. Theses Arminianorum circa tertium, & quartum articulum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

Christus Deo Patri obtulit, in se toto hu- Sæcul. XVI.  
mano generi redimendo sit sufficiens. A.C.1600.

VI. Quia Deus universum genus hu-  
manum in reconciliationis gratiam assum-  
psit, & cum Adamo, omnibusque, ac sin-  
gulis ejus posteris gracie fædus iniit, ne-  
mo nec insans, nec adultus propter ori-  
ginale peccatum damnationi est obnoxius.

§. LI.

Theses Arminianorum circa tertium,  
& quartum articulum.

Tertium, & quartum articulum de vir-  
tutibus, præsertim autem de fide,  
Remonstrantes his verbis exponebant  
I. Eadem voluntatis humanae actio, licet  
diversa ratione considerata, dici non potest,  
& contingens, & necessaria: contingens qui-  
dem natura sua: necessaria vero respectu  
Decreti divini: ea enim ratione ex vi,  
& efficacia Decreti divini omnia mala ne-  
cessariò fierent.

II. Cum ab Adamo ante lapsum Deus  
obedientiam exegerit libera voluntate præ-  
standam, habituum, seu virtutum in volun-  
tatem infusion locum habere non potuit, in in-  
tellectum, & affectus potuit.

III. Ideo voluntas hominis, cum virtu-  
tes illas admittere nequiverit, easdem per la-  
psum amittere non potuit. Et voluntatis  
vivificatio in mentis, & affectuum reforma-  
tione consistit.

T t 4

IV.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1600.

*IV. Deus autem ante statum regenerationis, gratiam salvificam certis gradibus ius largitur, qui reliquis imaginis Dei scintillis recte sunt usi, quemadmodum scriptum est: Habenti dabitur.*

*V. Post lapsum in statu peragendæ regenerationis, injunctiones habitum, seu virtutum tum in voluntatem, tum in intellectum, & affectus (si ordinariam conversionem spedet) repugnant mediorum, quibus Deus in homine novam vitam operari vult, administrationi.*

*VI. Itaque fides, qua primum convertimur, & a qua fideles nominamur, a Deus est, non habitus a Deo infusus, ex quo actus fidei oriatur: alioqui voluntas hominis (cum habitus infusus sit irresistibilis) haberet sese mere passive, pateretur, non ageret.*

*VII. Hujus actus fidei caufsa est Dei gratia, non omnipotens; (quasi ita fidem in homine operaretur, ut voluntas libertatis sua ei resistere, atque omnino fidei actum impedire nequiret) sed ea tantum ratione potens, ut suaviter in consensum alliciens suasu suo a voluntate resistente perpetuo rejici possit, ne illus unquam fidei actus consequatur.*

§. LII.